



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De sacerdotibus qui adimplere suum ministerium nesciunt, nec discere
volunt, quòd ad officio sint remouendi. ccxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

De honore vniuersis ordinibus competente.

Cap. CCXXIII.

Ex decr. Siluestr. papæ, ca. 4. **I**T A fratres iubet autoritas diuina, & affirmat, vt subdiacono vsque ad lectorem, omnes subditi sint diacono Cardinali vrbs Romæ, in Ecclesia honorem representantes tantum. Pontifici verò, presbyter, diaconus, subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, abbas, monachus, in omni loco representet obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ.

De sacerdotibus, qui adimplere suum ministerium nesciunt, nec discere volunt, quòd ab officio sint submouendi. Cap. CCXXV.

Ex cõcil. Aurelia nesi, ca. 6. **S**acerdotes, qui ritè non sapiunt adimplere ministerium, nec discere iuxta præceptum suorum episcoporum pro viribus satagunt, vel contemptores canonum existunt ab officio proprio sunt submouendi, quousque hæc plenè emendata habeant.

Vt inter clericos non computeantur, qui sub nullius episcopi disciplina inueniuntur. Cap. CCXXVI.

Ex cõcil. Parisiensi, cap. 10. **N**VLL A ratione clerici, aut sacerdotes habèdi sunt qui sub nullius episcopi disciplina & prouideria gubernantur. Tales enim acephalos, id est, sine capite, præcæ Ecclesiæ consuetudo nuncupauit.

Exemplar formatae Epistolæ, quæ in Nicæna synodo à sanctis patribus est formata & collaudata.

Cap. CCXXVII.

Ex decr. Nicæni concilij. **I**N nomine patris π . & filii γ . & spiritus sancti α . Vt terio Spirensi episcopo, Ego Burchardus sanctæ Vvormaciensis Ecclesiæ deuotus gregis Christi famulus, in Deo verò, summæ felicitatis beatitudinè. Quum sancta catholica Ecclesia prompta sit sequi documèta Euangelica, quæ dicunt, Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, accipiet mercedem prophetæ: Et qui recipit iustum in nomine iusti, & cætera. Et Apostolus iubeat hospitalitatem sectantibus & necessitatibus sanctorum virorum comunicare: tametsi propter eos qui cauteriatam habent suam conscientiam dicentes se esse simplices cum sint astutia diabolica repleti, & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire cum sint sua malitia faciente fugitiui: & dicunt se esse min-